

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Accidia f  
cum fonte primo

Vult et non uult piger;

recte pigri uocabulo denotatur  
qui uult regnare cum Deo,  
et non laborare pro Deo.  
Delectant premia cum pollicentur;  
deterrent certamina cum iubentur.

Beda super Prouerbia libro II.

Vult et non uult piger,  
anima autem operantium inpinguabitur  
(Prou. 13:4).

Recte pigri uocabulo denotatur  
qui uult regnare cum Deo  
et non uult laborare pro Deo;  
delectant praemia cum pollicentur,  
deterrent certamina cum iubentur.

Beda Venerabilis, *In Prouerbia*  
*Salomonis libri III.*, 2.13 (CCSL 119B,  
D. Hurst & J.E. Hudson eds., pp.78-9,  
ll.5-8).